

Viri

praenobilissimi, spectatissimi,  
honoratissimi, doctissimi,  
consultissimi, gravissimi,  
experientissimi,

summopere colendi!

**V**obis, quibus salus publica summa lex,  
summumque gaudium est; Vobis, quibus  
nonsolum dolorum mitigatio et malorum  
levatio, sed etiam melior sustentatio, occu-  
patio ac institutio tot pauperum, in nostra  
civitate degentium, semper curae cordique  
fuerunt: Vobis hoc opusculum, adjutorio,  
laboreque VESTRO maxime perfectum, jure  
dicatur atque consecratur. Merita VESTRA  
de cura pauperum publica verbis omnino

exprimi nequeunt, at profecto laudes et  
gratias non tantum praesentis generationis,  
sed etiam universae posteritatis Vobis cer-  
tissime spondent; namque per ea, tot ac  
tanta, sincerimam, generosissimam ac be-  
nignissimam voluntatem plane immortalem  
reddidistis. Omnibus scilicet Europae, im-  
primis etiam Germaniae dilectissimae, civita-  
tibus, earumque rectoribus gloriosissimis,  
eximum, et a nonnullis jamjam prosper-

rimo successu imitatum proposuistis exemplum, qua ratione homines, societatis vinculo arctissime conjuncti, aliis hominibus, vel fortunae duritia, vel propria culpa ad inopiam, egestatemque redactis, optime consulere, succurrere aut adjuvare valeant. Tametsi nondum omnia mala, quibus pauperes in nostra republica, — insontes sicuti sunt — unquam laborare possunt, curis laboribusque VESTRIS fugata sint; tan atsi

posteris, pari pietate ac humanitate ani-  
matis, plura restent, quae sensim ab illis  
adhuc meliora reddenda emendandaque  
erunt: tamen certissimae a VOBIS indagatae  
atque aquatae sunt viae, quibus quaelibet  
futura mutatio in melius, tam reperiri quam  
adhiberi valebit. Quod olim a majoribus  
probis ac piis inchoatum erat opus, illud  
nostro aevo, plurium sapientum, benevelo-  
rumque virorum sagacitate atque industria,

P r a e f a t i o .

ad majorem splendorē redactum laeti  
conspicimus. De meliori enim statu, in quo  
pauperes nostrae civitatis nunc versantur,  
omnes cives Deo ter optimo maximo sum-  
mas gratias persolvant necesse. Societas me-  
dica quoque suum esse putavit, pharmaco-  
poeam hanc, a viris doctissimis atque celeber-  
rimis jam olim elaboratam, saepiusque editam,  
denuo, ac quidem auctiorem, perfectiorem-  
que elaborare et edere. Ceterum editoribus

hujus opusculi nil amplius restat, nisi  
VOBIS pro VESTRO benignissimo adjutorio  
publicas gratias agere, simulque Vos rogare,  
ut munus hoc peregrinum nonsolum be-  
nevolo animo accipiatis, sed etiam auctori-  
bus ejus favere pergatis!

*Societas medica in auxilium  
aegnorum aegrorum constituta.*